Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

septe erant ieo lamentacões. et carmen. et re-
Et dixit ad me. fili hois III
quicquid inueneris comede. Comede
volumen istud. et uadens loqre ad filios israel.
Et aperuos meum. et cibauit me volumine illo.
et dixit ad me. fili hois uentre tuus comedet. et
uiscera tua replebunt hoc volumine isto. quod ego do tibi.
Et comedi illud. et factum est sicut mel dulce.
Et dixit ad me. fili hois uade ad domum
israel. et loqris uerba mea ad eos. non ad populum
profundi sermonis et ignoti linguae tu mitteris
ad domum israel. quoniam si possis audire sermones
tuos si ad illos mitteris qui audirent te. dicit dominus
israel nolunt audire te quia nolunt audire me
omnis quippe domus israel durifrontes et duro
corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem fa-
ciebus eorum. et frontem tuam durioren frontibus
eorum. uti adamantem et uti silicem dedi faciem
tuam. Ne timeas eos neque metuas a facie
eorum. quia domus exasperans est. Et dixit ad me.
fili hois omnes sermones meos quos ego loquor ad te
assume corde tuo. et auribus tuis audi. Vade
ingredere ad transmigrantes ad filios populi tui. et lo-
qris ad eos et dicis eis. Haec dicit dominus dominus. si forte
audiant et quiescant. Et assumpsit me spiritus. et au-
diui post me motum magnum benedicta gloria domini de lo-
co suo. Et uocem alarum animalium percutientium alter-
ad alterum. et uocem rotarum secum. et animalium. et uo-
cem motus magni. Spiritus quem leuauit me. et
assumpsit me. et abiit amarus in indignatione
mea spiritus. Manus enim domini erat mecum. et fortitudo
me. Et ueni ad transmigrantes ad ad cumum nouae
frugum ad eos qui habitabant iuxta flumen cho-
bar. et sedi ubi illi sedebant. et mansi ibi septem
dies. merens in medio eorum. Cum autem praeteriissent
septem dies. factum est uerbum domini ad me dicens.
fili hois speculatorem dedi te domui israel.
audies de ore meo uerbum. et annunciabis
eis ex me. Si dicente me ad impium morte
morieris. si annunciauis ei. non locutus fuis ut
auertat uiam suam impiam et uiuat. ipse impius in
iniquitate sua morietur. sanguinem autem eius de
manu tua requiram. Si autem tu annunciauis im-
pio. ille si non conuersus fuerit ab impietate sua et uia
sua impia. ipse quidem in iniquitate sua morietur
tu autem animam tuam liberasti. Et si conuersus iustus
a iustitia sua fecerit iniquitatem ponam offendi-
culum coram eo. ipse morietur quia non annunciasti ei.
in peccato suo morietur. et non erunt in memoria iustitia
eius quae fecit. sanguinem autem eius de manu tua
requiram. Si autem tu annunciauis iusto. ut non
peccet iustus. ille non peccauit. uiuens uiuet
quia annunciasti ei. et tu animam tuam liberasti.
Factum est super me manus domini. et dixit ad me. Surge
egredere in campum. et ibi loquar tecum.
Et surgens egressus sum in campum. Et ecce
ibi gloria domini stabat. sicut gloria quam uidi iuxta
flumen chobar. et cecidi in faciem meam. et
egressus est spiritus. et statuit me super pedes
meos. et locutus est mihi. et dixit ad me. Ingredere
et includere in medio domus tuae. Et tu fili hois
ecce dati sunt super te funiculi. et ligabunt te funi-
bus. ne egrediaris in medio eorum. Et linguam tuam ad-
herere faciam palato tuo. eris mutus nec
sicut uir obiurgans. quia domus exasperans est.
Cum autem locutus fuero tibi aperiam os tuum. et dicis
ad eos. Haec dicit dominus dominus. Qui audit audiat. et
qui quiescit quiescat. quia domus exasperans est.
Et tu fili hois sume tibi laterem et po-
nes coram te. et de III
scribes in eo ciuitatem israel. et ordinabis ad
illum obsidionem. et edificabis munitio-
nes. et portabis aggerem. et dabis castra
et pone arietes in gyro. Et tu sume tibi sar-
taginem ferream. et pones eam in muro ferreo
inter te et inter ciuitatem. et obfirmabis faciem
tuam ad eam. erit in obsidione. et circum-
dabis eam. signum est domui israel. Et tu dormies super latus tuum sinistrum. et pones iniquita-
tem domus israel super eo. numero dierum quibus dor-
mies super illud. et assumes iniquitates eorum.
Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum numero

tua

uocem